



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quandò illorum verus sit vsus, & quandò abusus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

fanetur per impositionem manuum vestrarum & cetera. Ibi Christus dedit potestatem contra dæmones, non solum in hominibus, sed etiam alijs creaturis, quibus diabolus nocere posset, si non prohiberetur. Deinde, quod impossibile est, quod nomen Domini possit sine fructu inuocari: est enim efficax nomen Domini: & in nomine Iesu omne genua flectetur, tam terrestrium quàm inferorum: est igitur aduersus dæmones efficax, vnde veteres dixerunt de aqua benedicta.

Huius aqua iactus depellit demonis actus.

Paulus ad Roman. 1. dicit, quod inuisibilis virtus Dei atq; diuinitas conspicitur per ea quæ facta sunt: id est vbiunque est inuocatum nomen Dei, ibi aliqua est virtus & efficacia secundum formam orationis super creaturam prolatam, quem fructum Deus virtute sua ex misericordia propter Christum efficit de quacunque re, de qua in petitione mentio facta est: id est fides non ab ipsa creatura pendet, sed à virtute nominis Dei. Vult enim Deus illum cultum & honorem inuocationis nominis sui, per varios modos & occasiones fieri. Non igitur blasphemia est vel idololatria, talis super creaturam inuocatio nominis Dei, quando pie & religiosè fit, nec etiam sine culpa possunt eiusmodi sacramentalia aut cæremoniæ dehonestari vel irrideri. Tres pueri in camino Deum laudabant in omnibus creaturis, Daniel. 3. Merito igitur & nos Deum laudamus, & memoriam eius facimus occasione creaturarum.

- Tertiò, magna diligentia exigitur à pastoribus, ut hic doceant populum, ne pendeat à visibilibus creaturis, illis fructum tribuens, non verbo Dei & Christi virtuti: id quod sæpè timendum est à simplicibus Christianis: deinde, ne incantationes & spurcitijs diabolici his exercent. Nam sic vti sacris rebus & verbis, est

est Christ
transfer
mum est
cramen
tionis D
retur fru
rare est &
rijs adue
sine illis
ces, vt se
dentur, p
Deus lau
quàm fl
temnen
læc mir
ritur au
to nom

1. Q
sch
2. Q
3. Q
ob

causse
eulato
& sic d

est Christum offerre diabolo, & diuinam virtutem transferre ad voluntatem diaboli: id quod grauissimum est peccatum. Si ergò in eum finem vtamur sacramentalibus, vt nos vt per ea moneamur venerationis Dei, vtque tantùm à virtute nominis Dei spectetur fructus & efficacia ad formam orationis, salutare est & minimè contra Deum, etsi rumpantur furtijs aduersarij. Non sunt res ita necessariae, vt nemo sine illis possit saluari: fateor: tamen propter simplices, vt semper in oculis & vsu habeant, quo Dei recedantur, pietas accendatur, fiducia in Deum erigatur, Deus laudetur, & Sathanas hisce rebus inimicus tantùm flagellis repellatur, haudquaquàm sunt contemnenda. Sepè etiam efficaciam diuinæ virtutis per hæc miraculosè operatam esse, compertum est: Nutritur autem maximè per hæc deuotio & contemplatio nominis & gloriæ Dei.

CAPVT XVII.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit Episcopus secundum Apostolum & scripturam.*
2. *Qualis sit eligendus in Episcopum.*
3. *Quid illi debeant subditi, scilicet honorem, obedientiam, prouisionem.*

Apostolus i. Corinth. 4. exponit, quid sit Episcopus, inquiens: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei. est enim Episcopus Speculator aut superintēdens. vnde Hier. 6. Constitui super vos speculatores, Græcè *σχοποῦς*, audite vocem tubæ: & sic dicitur, quia semper intendere debet salutem plebis